



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Leonardi Lessii E Societate Iesv Theologi Opusculum Asceticum Posthumum

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1643

20. De Deo Sanctificatore.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46564](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46564)

CONSIDERATIO XX.

De Deo Sanctificatore.

Sanctificator dicitur, quia omnis sanctitas hominū & Angelorum ab ipso est; & ipse per communionem suæ sanctitatis, omnes istos sibi assimilat, & Deiformes efficit.

2. Quia ipse solus iniurias in suā infinitam maiestatem commissas condonare potest, & labe animarum abstergere, ipsasque animas purgare, & sanctificare, ipse solus potest eas illuminare cognitione supernaturali, & charitatem supernaturalem infundere, ipse solus potest Spiritum sanctum vnâ cum dono charitatis, mētibus, ad eas sanctificandas inferere. Datur autem Spiritus sanctus vnâ cū dono charitatis, vt suâ præsentia animas sanctificet, sua potentia protegat, illuminet.

illuminet, regat & ad omne bonū excitet, & ut ipse per se sit nostra possessio, qua in æternū fruemur, & beati erimus.

3. Quia ipse solus omnes iam inchoatè sanctificatos, ad supremam & completam sanctitatem euehet, infundendo lumen gloriæ, quo omnes illum altissimo modo cognoscant, & altissimo modo ament. Nam altissima sanctitas intrinseca, seu realis, consistit in altissima Dei cognitione, & fruitione; ut supra cap. 17. dictum est.

CONSIDERATIO XXI.

De Sanctitate Dei.

Sanctus dicitur; i. ut causa & fons omnis sanctitatis viæ & patriæ; hominum, & Angelorum: omnis enim sanctitas ab ipso est, tanquam ab infinito fonte puritatis & sanctitatis.

2. Dicitur